

COMMENTARIII

PARS QUINTA

APPENDIX XXXVIII.

De excommunicationibus Tridentinis a Rom. Pontifice Pio IX in Constitutione Apostolicae Sedis renovatis et confirmatis.

Post recensionem excommunicationum, quas Romanus Pontifex in saepe citata Constitutione inseruit, de iis nobis agendum est, quae cum a Concilio Tridentino latae fuerint, eas Pius Papa IX renovavit, confirmavitque. Ita enim sancit.

« Praeter hos hactenus recensitos, »
 » eos quoque quos sacrosanctum »
 » Concilium Tridentinum, sive re- »
 » servata summo Pontifici aut Or- »
 » dinariis absolute, sive absque »
 » ulla reservatione excommunica- »
 » vit, Nos pariter ita excommuni- »
 » catos esse declaramus; excepta »
 » anathematis poena in Decreto »
 » sess. IV. *De editione et usu sa-* »
 » *crorum librorum* constituta, cui »
 » illos tantum subiacere volumus, »
 » qui libros de rebus sacris tra- »
 » ctantes sine Ordinarii approba- »
 » tione imprimunt, aut imprimi »
 » faciunt. »

Antequam huiusmodi censuras in Tridentino Concilio latas allegemus

et exponamus, animadvertendum ducimus praeter censuras in negantes definitum aliquod fidei dogma, de quibus non quaerimus, cum concludantur omnes in primum articulum excommunicationum specialiter reservatarum, *omnes a christiana fide apostatas... et omnes ac singulos haereticos etc.*, duplicis generis censuras a Tridentinis Patribus latas fuisse; alias primum et directe, quae scilicet ante illud Concilium non vigeant; alias secundo et indirecte, quae nimirum non a Patribus Tridentinis primum latae sunt, sed cum iam latae in antiquis canonibus reperirentur, eas renovarunt et confirmarunt.

Hae porro censurae indirecte latae, ut notat cl. Petrus Avanzini *Commentarii pag. XLIX*, illae sunt quae indicuntur sive per generalia verba, ut ex. gr. in *Sess. 21, c. 1. de Reform.* in qua legitur: *et qui secus fecerint... poenas a iure in-*

flictas ipso facto incurrant; et in Capite sequenti: antiquorum canonum poenas super his innovando: et ita passim; sive per speciales allegationes, ut ex. gr. in Sess. XIV, cap. 6 de Reform. in qua legitur: Constitutionem Clementis V in Concilio Viennensi editam, quae incipit Quoniam, innovando et ampliando. In hac autem Constitutione Quoniam inter ceteras poenas recenseretur etiam quaedam suspensio ipso facto incurrenda. Item in Sess. 24, cap. 3 de Reform. legitur: Aliis etiam poenis iuxta Constitutionem Concilii generalis Lugdunensis, quae incipit Exigit mulctetur. In hac autem Constitutione Exigit, si quis mulctam non solverit, vel suspensus, vel Ecclesiae ingressu interdictus pronuntiatur.

Quaerimus ergo: an cum Pius Papa IX in sua Constitutione affirmat, se uti excommunicatos habere illos omnes, quos Tridentini Patres excommunicarunt, intelligendus sit loqui de omnibus excommunicationibus quae sive primario et directe, sive secundo reperiuntur latae in eo Concilio, vel tantum de excommunicationibus directis, et quae primum latae sunt a Tridentinis Patribus?

Et quidem, contra cl. Daris qui contrarium in genere opinatur, et clarissimos Dumas, Cretoni, Conrado, qui existimant, censuras speciali mentione a Tridentinis Patribus innovatas adhuc subsistere (1)

nostri Avanzini, quem fere universi Commentatores sequuntur, sententiam tenendam esse dicimus, qui affirmat atque demonstrat, per Constitutionem *Apostolicae Sedis* nullo pacto renovatas fuisse censuras, quas Tridentini Patres indirecte tulerunt. Et allata ab Avanzinio argumenta nobis apodiptica videntur.

Primam enim rationem petit ex Constitutionis scopo, qui est, ut certus determinatusque censurarum numerus ad plura evitanda incommoda haberetur; quod legitur in eiusdem Constitutionis initio. « Nos » eiusdem incommodis occurrere » volentes, plenam earundem recensionem fieri Nobisque proponi » iussimus ut diligenti adhibita consideratione, statueremus, quas » nam ex illis servare ac retinere » oporteret, quas vero moderari, » aut abrogare congrueret. Ea igitur » recensione peracta... decernimus, » ut ex quibuscumque censuris... » non nisi illae, quas in hac ipsa » Constitutione inserimus, eoque » modo quo inserimus, robur ex » inde habeant. »

Atqui nec certus esset censurarum numerus, nec recensita ab Pio IX incommoda satis eliminata censenda essent, si intelligantur comprehensae censurae per generalia verba a Tridentino renovata. Iterum enim essent requirendae poenae in antiquo iure, et antiquis canonibus inflictas, et in multa incertitudine versari relate ad nu-

(1) Apud Piat. *Commentarius in Const. Apostolicae Sedis pag. 220.*

merum, valorem, extensionem etc., ex quo pariter sequeretur, Pianam Constitutionem non esse exinde normam censurarum cognoscendarum.

Quod spectat ad censuras renovatas per Constitutiones speciales notandum est, admodum paucas esse Constitutiones veteres à Tridentino sic renovatas, quae censuras ipso facto incurrendas contineant, eaeque si unam vel alteram Constitutionem excipias, ita sunt innovatae, ut satis significaretur a Concilio censuras in illis contentas non fuisse innovatas.

Reperimus sane Tridentinos Patres septem et viginti Constitutiones innovasse: inter has, illae quae censuras ipso facto incurrendas continent, sunt Constitutio Sixti IV de Immaculata Deiparae Conceptione, quae Constitutio incipit *Gravenimis*, quaeque legitur in Extrav. comm. lib. III. *De Reliquiis et venerat. Sanct. c. 2*, a Concilio Tridentino expresse innovata in Sess. 5 de peccato originali §. 5. Per eam Constitutionem infligebatur excommunicatio ipso facto incurrenda, et Romano Pontifici reservata, illis omnibus qui catholicae doctrinae de Immaculata Conceptione contradicuri fuissent, sicut et illis, qui eam ut dogma iam definitum essent tradituri. Cum haec Constitutio cessaverit per solemnem definitionem latam die 8 Decembris an. 1854, cessarunt pariter poenae adnexae. Pius Papa IX de Tridentina sanctione Constitutionem illam confirmanste loqui nec potuit nec debuit.

Alteram Constitutionem quae censuras continet commemoratur a Tridentino Concilio in Sess. XIV, can. 8. de Poenit. quam ita legimus: « Si quis dixerit confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia servat, esse impossibilem, et traditionem humanam a piis abolendam; aut ad eam non teneri omnes et singulos utriusque sexus Christi fideles iuxta magni Concilii Lateranensis constitutionem semel in anno, et ob id servandum est Christi fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadragesimae: anathema sit. »

Atqui eiusmodi excommunicatio fertur in peccantes contra fidem atque Ecclesiae doctrinam; ideoque ad disciplinam non pertinet. Quomodo ergo per citationem Lateranensis Constitutionis dici possunt Tridentini Patres renovasse specialiter poenas ea in Constitutione indictas, cum in hac nulla feratur excommunicatio, sed tantum interdictum ab ingressu Ecclesiae et quidem ferendae sententiae? Et ad rei veritatem probandam in Lateranensis Constitutio: « Omnis utriusque sexus fidelis postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter saltem semel in anno proprio Sacerdoti, et iniunctam sibi poenitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiae Sacramentum nisi forte de consilio proprii Sacer-

» dotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum; alioquin et vivens ab ingressu Ecclesiae arceatur, et moriens christiana careat sepultura. »

Quaerimus ergo: circa hunc canonem quamnam poenam in cit. loco Concilium Tridentinum renovavit? Non certe excommunicationem, de qua ne verbum quidem in Constitutione Lateranensi, non interdictum ab ingressu Ecclesiae, de quo nulla mentio in Canone Tridentino. Si ergo post Constitutionem *Apostolicae Sedis* supponendae sunt vigere poenae Constitutionum antiquarum quas Tridentini Patres citavere specialiter, nesciremus omnino hac in Lateranensi Constitutione quaenam poenae vigeant, contra manifestam Pii IX intentionem, qui per Constitutionem suam censuras ad certum numerum reducere voluit.

Tertia Constitutio quae a Tridentino innovata continere videtur censuras, est illa quam tulit Clemens V in Concilio Viennensi, quae incipit *Quoniam*; eaque plures poenas continet contra Clericos vestibus clericalibus ordini congruentibus non incedentes, quam innovavit Tridentinum Sess. 14. c. 6. *de Reform.* his verbis: « Si semel correpti denuo in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum et beneficiorum huiusmodi coerceri possint et debeant, Constitutionem Clementis V in Con-

» cilio Viennensi editam, quae incipit *Quoniam*, innovando et ampliando. » Atqui 4. Tridentinum eam Constitutionem renovavit ampliando: quod secumfert, ut poenae, quas Tridentinum inferendas edixit, praevaleant poenis Constitutionis. 2. Haec suspensio est ferendae sententiae, dum Pius IX Constitutionem edidit pro censuris latae sententiae, ut in prologo inquit: *ut ex quibuscumque censuris sive excommunicationis, sive suspensionis, sive interdicti, quae per modum latae sententiae, ipsoque facto incurrendae hactenus impositae sunt.* 3. In Constitutione Clementis V agitur de suspensione a fructibus tantum beneficiorum et intra determinatum tempus, quae suspensio cum consistat in privatione fructuum nec censura appellari meretur. Quaenam igitur poena viget post Constitutionem *Apostolicae Sedis*? Profecto non Viennensis quia censura non est; et dato quod sit censura non vigeat nec Tridentina nec Viennensis, cum utraque suspensio sit ferendae sententiae. Egisset ergo Pius IX contra suam propriam Constitutionem, si intellexisset confirmare censuras, quas Tridentinum renovare visum est per allegationes speciales.

Quarta Constitutio a Tridentino renovata quae censuras continet est illa, quam Tridentinum Sess. 24, *Cap. III de Reform.* agens de victualibus, quae ratione visitationis sunt Episcopis ministranda, his verbis inno-

vavit. « Quod si quispiam, quod » absit, aliquid amplius in supra » dictis omnibus casibus accipere » praesumpserit, is praeter dupli » restitutionem intra mensem fa- » ciendam, aliis etiam poenis iuxta » Constitutionem Concilii generalis » Lugdunensis, quae incipit *Exigit*, » nec non et aliis poenis in Synodo » provinciali arbitrio Synodi absque » ulla spe veniae mulctetur. » Porro in Constit. *Exigit* quae legitur Cap. 2, *De censibus in 6, quaedam mulctae infliguntur: aliquin*, (id est nisi solvantur infra mensem) *ex tunc Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi ingressum sibi Ecclesiae sentiant interdictum; inferiores vero ab officio et beneficio noverint se suspensos quoadusque se duplo etc.* Atqui tum in Concilii Lugdunensis Capite, tum in Capite Concilii Tridentini agitur de mulcta pecuniaria, cuius negationem praestituto tempore sequitur interdictum; nullo ergo pacto ratione censurarum a Tridentinis Patribus Lugdunensis Constitutio renovata est. Sed esto; renovata censeatur ratione interdicti et suspensionis; cum hae poenae Tridentini dispositione sint ferendae sententiae, per Constitutionem *Apostolicae Sedis* renovatae dici non possunt; consequenter falsum omnino est Pium Papam IX *loc. cit.* in vigorem conservasse censuras antiquarum Constitutionum quae specialiter a Tridentinis Patribus allegatae fuerunt.

Alia denique generalis ratio, pro-

sequitur Avanzini, habetur, quae ostendit, in Constitutione *Apostolicae Sedis* non comprehendi censuras a Tridentino indirecte inflictas. Id scilicet ostendit ratio loquendi eiusdem Constitutionis. Nam ea loquendi ratio est in usu Romanae Curiae, ut quando agitur sive de poenis, sive de Constitutionibus, quas Tridentinum innovavit, dici non soleat poena a Concilio inflicta, vel Constitutio Tridentina, sed poena inflicta in Constitutione N. (adiecto scilicet Constitutionis nomine), vel Constitutio N., et saepius negliguntur quoque verba *a Tridentino innovata*. Quum itaque haec sit consueta loquendi ratio, agaturque de Constitutione facta ad coercendum censurarum numerum, si in ea non reperiantur verba: *censurae a Tridentino innovatae*, hae exclusae sunt censendae.

Porro in Constitutione *Apostolicae Sedis* haec verba non habentur; immo habetur quaedam verborum conceptio quae ex sese eas excludere videtur; dicit enim Pius IX esse uti excommunicatos habendos illos, quos sacrosanctum Concilium Tridentinum excommunicavit; illos ergo quos directe excommunicavit; etenim alios, quos indirecte, non excommunicavit Concilium Tridentinum, sed vel Pontifices vel Concilia quae illos primum excommunicarunt, quorum sanctiones ratas Concilii Tridentini Patres habuerunt, confirmaruntque. Cum autem in lege odiosa versemur, ea stricto est

sensu interpretanda, neque ullo pacto extendenda ad alios casus sanctionesque, quarum nedum ulla suppetit ratio vigorem demonstrandi, sed rationes suppetunt eas excludendi, cum Pii IX intentio in ferenda Constitutione *Apostolicae Sedis* fuerit censuras limitare. Si igitur evidentissime non constet, eum aliquam censuram antiquiorem sub lata a se lege comprehendere voluisse, ea comprehendenda non est.

Hisce praemissis ad censuras a Tridentinis Patribus directe latas et a Pio Papa IX confirmatas exponendas accedimus.

CAPUT I.

De Excommunicatione lata in eos, qui sine Ordinarii facultate imprimunt aut imprimi faciunt libros de rebus sacris tractantes.

Porro prima est quae habetur in Decreto *Sess. IV de Editione et usu sacrorum librorum*, cui illos tantum subiacere volumus, inquit Pius Papa IX, qui libros de rebus sacris tractantes sine Ordinarii approbatione imprimunt, aut imprimi faciunt.

Circa eiusmodi caput duo quaeremus. 1. Quinam libri nomine sacrorum librorum veniant. 2. quaeenam differentiae in re existant Concilium Tridentinum inter et Pianam Constitutionem; seu quinam antiquitus hanc incurrebant excommu-

nicationem, quinam nunc incurrant.

Et quoad 1.^m Nonnullorum Commentatorum Pianae Constitutionis sententia fuit, nomine librorum sacrorum libros quoslibet a Patribus Tridentinis indigitari, quorum argumentum ad Religionem utcumque pertineat: ita ut *libri tractantes* de religione, et libri tractantes de rebus sacris iidem ferme sint; ideoque sub citatis verbis comprehendere libros omnes qui tractant de S. Scriptura, vel de Theologia scholastica, dogmatica aut morali, de mysteriis fidei, de cultu Dei aut sanctorum, de Ecclesiae ritibus, de sacris Canonibus, de rebus spiritualibus etc. Ita, alios inter, Commentator Patavinus pag. 294. n. 402.

Verum eiusmodi sententia quae defendi poterat ante decretum Supremae Inquisitionis latum die 22 Decembris 1880, de quo infra; derelinquenda absolute est post citatum decretum, et absolute tenenda sententia ab cl. Avanzini, D'Annibale, aliisque propugnata, qua libri de rebus sacris tractantes restringuntur ad Sacrarum Scripturarum libros, et eorumdem librorum adnotationes et expositiones.

Patrum Tridentinorum decretum *loco citato* ita legimus « Sed et im- » pressoribus modum in hac parte, » ut par est, imponere volens (Sancta » Synodus), qui iam sine modo, hoc » est, putantes sibi licere quidquid » libet, sine licentia superiorum

» Ecclesiasticorum, ipsos Sacrae » etiam apud se retinere, nisi
 » Scripturae libros, et super illis » primum examinati probatique
 » adnotationes et expositiones quo- » fuerint ab Ordinario sub poena
 » rumlibet indifferenter, saepe ta- » anathematis et pecuniae in canone
 » cito, saepe etiam ementito praelo, » Concilii novissimi Lateranensis
 » et quod gravius est, sine nomine » apposita. (1) Et si Regulares fue-
 » auctoris imprimunt, alibi etiam » rint, ultra examinationem et pro-
 » impressos libros huiusmodi te- » bationem, huiusmodi licentiam
 » mere venales habent, decernit et » quoque a suis superioribus im-
 » statuit, ut posthac Sacra Scri- » petrare teneantur, recognitis per
 » ptura, potissimum vero haec ipsa » eos libris iuxta formam suarum
 » vetus vulgata editio quam emen- » ordinationum. Qui autem scripto
 » datissime imprimatur, nullique » eos communicant et evulgant,
 » liceat imprimere vel imprimi fa- » nisi antea examinati probatique
 » cere quosvis libros de rebus sa- » fuerint, eisdem poenis subiaceant,
 » cris sine nomine auctoris, neque » quibus impressores. Et qui eos
 » illos in futurum vendere aut » habuerint vel legerint, nisi pro-

(1) En Canon Concilii Lateranensis V. anno 1512 inchoati. (Leo X). « Nos ne id quod ad Dei gloriam et fidei augmentum ac bonarum artium propagationem salubriter est inventum, in contrarium convertatur, ac Christi fidelium saluti detrimentum pariat, super librorum impressione curam nostram habendam fore duximus, ne de cetero cum bonis seminibus spinae coalescant, vel medicinis venena intermiscuantur. Volentes igitur de opportuno super his remedio providere, hoc sacro approbante Concilio, ut negotium impressionis librorum huiusmodi eo prosperetur felicius, quo deinceps sollertior diligentius et cautius adhibeatur; statuimus et ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus nullus librum aliquem seu aliam quamecumque scripturam, tam in Urbe nostra quam aliis quibusvis civitatibus et dioecesibus imprimere seu imprimi facere praesumat, nisi prius in Urbe per Vicarium nostrum et Sacri Palatii magistrum, in aliis vero civitatibus et Dioecesibus per Episcopum vel alium habentem peritiam scientiae libri seu scripturae huiusmodi imprimendae ab eodem Episcopo, ad id deputandum, ac Inquisitorum haereticae pravitate civitatis sive dioecesis, in quibus librorum impressio huiusmodi fieret, diligenter examinatur, et per eorum manu propria subscriptionem sub excommunicationis sententia gratis et sine dilatione imponendam, approbentur. Qui autem secus praesumpserint, ultra librorum impressorum amissionem, et illorum publicam combustionem, ac centum ducatorum fabricae principis Apostolorum de urbe sine spe remissionis solutionem, ac anni continui exercitii impressionis suspensionem excommunicationis sententia innodatus existat, ac demum ingravescente contumacia taliter per Episcopum suum vel vicarium nostrum respective per omnia iuris remedia castigetur, quod alii eius exemplo similia minime attentare praesumant. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Datum Romae in publica Basilica solemniter celebrata anno Incarnationis Dominicae 1515, 4 maii, Pontificatus nostri anno tertio.

» diderint auctores, pro auctoribus » habeantur. Ipsa vero huiusmodi
 » librorum probatio in scriptis de- » tur, atque ideo in fronte libri
 » vel scripti vel impressi authen- » tice appareat, idque totum, hoc
 » est, et probatio et examen gratis » fiat, ut probanda probentur, et
 » reprobentur improbanda. »

Atqui (ita argumenta instruunt qui Avanzini sententiam defendunt) 1. eiusmodi dispositio a Tridentina Synodo lata est post editum dogmaticum decretum de canonicis scripturis, quo determinavit canonem librorum sacrorum, et constituit ex omnibus latinis editionibus vulgatam editionem authenticam habendam esse; nullos sed vero alios libros nominavit nisi Sacrae Scripturae libros; nulla igitur ratio est qua compellamur ad extendendos libros de rebus sacris tractantes ad alios libros qui non sint libri sacrarum Scripturarum, vel super illis adnotationis et expositionis.

2. Ideo Tridentini Patres eiusmodi tulere decretum ut cohiberent illorum audaciam, qui sine licentia superiorum ecclesiasticorum ipsos sacrae Scripturae libros et super illis adnotationes et expositiones quorumlibet imprimebant; qua de causa praecipunt, et ut vulgata editio in posterum quam emendatissime imprimatur, et ne alicui liceat imprimere vel imprimi facere quosvis libros de rebus sacris sine nomine auctoris; sed hi erant illi qui sibi putantes licere quidquid libet, ipsos sacrae Scripturae libros, et super illis adnotationes et expositiones... sine nomine auctoris imprimebant etc.; ergo cum prohibent quominus sine nomine auctoris imprimantur libri de rebus sacris tractantes, hi alii non erunt quam sacrarum Scripturarum libri et super illis adnotationes et expositiones; etenim prohibitio est correlativa ad superiorem abusum (1).

Quidquid tamen sit de quaestio-

(1) De vi allatorum argumentorum, nihil dicimus. Nos ea in sententia verisimur quod in cit. Tridentini Capite a principio quidem usque ad verba *quam emendatissime imprimatur* sermo sit de Sacris Scripturae libris, et super eis adnotationibus et expositionibus; deinceps vero ad finem capituli de libris tractantibus de rebus sacris quibuscumque seu ad religionem pertinentibus; Ad hanc sententiam amplectendam movemur 1. quia post cit. verba generice prorsus loquuntur Patres Tridentini, *quosvis libros de rebus sacris* quin necessarius nexus percipiatur inter Sacrae Scripturae libros et libros de rebus sacris quibuslibet. 2. Quia Patres Tridentini in prima parte capituli determinaverant quinam essent libri ad Sacras Scripturas pertinentes; dixerant enim: *ipsos Sacrae Scripturae libros, et super illis adnotationes et expositiones*: dum igitur postea prohibuerunt quominus imprimerentur sine debita facultate libri quilibet *de rebus sacris*, hi certe non erant primi: etenim *sacrae scripturae libri et super eis adnotationes et expositiones* non sunt *quosvis libri de rebus sacris*, sed pars aliqua. 3. Praetermissis aliis argumentis quae afferuntur ab cl. Commentatore Patavino, quae pariter neque improbamus neque probamus, excepto argumento deducto ex auctoritate Doctorum, a quibus ex-

ne eiusmodi, certum est post Constitutionem *Apostolicae Sedis* libros de rebus sacris tractantes esse so-

lum intelligendos S. Scripturae libros, et in hos adnotationes et commentarios. Id enim constat ex decipiendus est Bordoni, Pius Papa IX in Apostolicis literis ad omnes Archiepiscopos et Episcopos et dilectos filios qui librorum edendorum canonicae censurae in temporalis Sanctae Sedis ditione praepositi sunt, latis die 2 Iunii 1848 verba allegata Concilii Tridentini ad quoslibet libros de rebus Sacris tractantes extendere videtur. Inquit enim: « In Sess. X Concilii Lateranensis V, » atque iterum in postrema Regularum Indicis, quae a Patribus conscriptae per Tridentinam Synodum deputatis, et a Pio IV gl. mem. Decessore nostro approbatae fuerunt (*In Const. Dominici gregis 24 Martii 1564*), nec non in aliis aliorum Romanorum Pontificum sanctionibus interdictum habetur, ut nulli omnino libri aut scripta evulgentur, nisi antea ecclesiastica auctoritate examinati probatique sint. Iamvero scribendi legendique aviditas, et librorum, maxime autem ephemeridum numerus nostra hac aetate ita in dies augetur, ut iam ecclesiasticis censoribus perdifficile evaserit ipsos omnes ea, qua par est, maturitate expendere, et latior etiam patuerit via illorum fraudibus, qui doctrinas perversas, et sacrae publicaeque rei noxias disseminare conituntur pagellis, et parvis praesertim libris clandestine editis, quorum porro improbitas eo maiorem inducit fidelium offensionem et scandalum, quod ad vigentium Canonum tramites perpensi reputantur riteque probati. Haec nos serio considerantes, et nonnullis VV. FF. Nostri S. E. R. Cardinalibus in consilium adhibitis, habentesque ob oculos Decretum Sessionis IV Concilii Tridentini, ubi peculiare sanctiones leguntur circa editionem et evulgationem Librorum de rebus sacris, deliberavimus mitigare aliqua ex parte supra memoratas regulas, ut ita Ecclesiastici Censores diligentius satisfacere valeant officio suo arctioribus limitibus definito, nec facile deinceps contingat ut ipsorum iudicio probata omnino videantur quae ex parte saltem eorum censurae fraudulenter subtracta sunt, vel ab eisdem non satis diligenter examinari potuerant. Itaque motu proprio, et Apostolica nostra auctoritate Decretum Concilii Lateranensis, et caeteras supradictas sanctiones moderando et declarando decernimus, atque permittimus, ut posthac, et donec aliter ab hac Apostolica Sede statuatur, Censores ecclesiastici in locis temporalis nostrae ditioni subditis de iis tantum solliciti sint quae divinas scripturas, Sacram Theologiam, Historiam Ecclesiasticam, Ius Canonicum, Theologiam moralem, Ethicam, huiusmodi religiosas aut morales disciplinas respiciunt, ac generatim de omnibus, in quibus Religionis vel morum honestatis speciatim intersit. Iuxta haec igitur statuimus atque permittimus ut omni Ephemeridum et Librorum genere illi dumtaxat sine praevia ecclesiastica censura edeantur qui morales aut religiosi, uti diximus, argumenti sint; in caeteris vero tantum articuli, qui simile argumentum habeant, vel causam ipsam Religionis aut morum honestatis proxime attingant ».

Ideo igitur Pius Papa IX mitigare aliqua ex parte satagit Lateranensem sanctionem, et regulam X Indicis in quibus libri cuiuslibet argumenti ecclesiasticae censurae submittebantur, quia prae oculis habebat Decretum Sessionis IV Concilii Tridentini, in quo peculiare sanctiones habentur circa editionem et evulgationem librorum de rebus sacris, quia scilicet in Tridentino decreto censurae ecclesiasticae

creto, seu responsione S. Officii data ad quemdam Episcopum, qui a Suprema Inquisitione inter alia quaesiverat:

« N°. 2°. Excommunicationi » nemini reservatae subiacent ex » Constitutione, de qua quaeritur, » ii qui libros de rebus sacris tractantes sine Ordinarii approbatione imprimunt aut imprimi faciunt. Sed quum idem Avanzinius restringendam illam esse adstruit ad libros sacrarum scripturarum, nec non eorumdem adnotationes vel commentarios, aliterius commentarii auctor supra laudati libros quoscumque de re-

bus sacris in genere, id est, ad religionem pertinentibus, tractantes ea censura comprehendi affirmat. Quaeritur ergo iterum: » utrius sententiae sit adhaerendum? »

S. Congregatio Feria IV die 22 Decembris 1880 respondit:

« Ad 2^m. Censuram nemini reservatam inflictam iis, qui libros de rebus sacris tractantes sine Ordinarii approbatione imprimunt, aut imprimi faciunt, restringendam esse ad libros sacrarum Scripturarum, nec non ad eorumdem adnotationes et commentarios, minime vero exten-

submittendi indicantur tantum libri de rebus sacris, non alii qui res non sacras continent. Cum igitur postea ecclesiasticae censurae submittebantur tantum qui respiciunt nedum divinas scripturas, sed etiam Sacram Theologiam, Historiam Ecclesiasticam etc. manifestum est, putasse Pium IX libros de rebus sacris, de quibus Sess. IV Concilii Tridentini et ad hos libros extendi.

Equidem dicturi erunt lectores nostri fortasse, a Pio IX censurae ecclesiasticae subiectas fuisse etiam Theologiam naturalem, Ethicam, aliasque huiusmodi disciplinas; has autem nemo sacras dixerit. Qua de causa comprehendisse videretur sub libris de rebus sacris etiam disciplinas quae sacrae, saltem proprie, non sunt.

Verum eiusmodi difficultas evanescit, si consideremus, a Pio Papa IX modum et limitationem impositam fuisse tum Lateranensi Decreto, tum Regulae X Indicis, in quibus libri cuiuslibet argumenti ecclesiasticae censurae submittebantur; potuit ergo philosophicas disciplinas quae proxime Deum et morum honestatem respiciunt, ecclesiasticae censurae reservare, quin ex hoc sequatur, eos sub libris de rebus sacris, prout in Tridentino sumuntur, voluisse comprehendere.

At si diceremus, a Pio Papa IX putatum fuisse, libros de Sacra Theologia, Iure Canonico, Historia Ecclesiastica etc. non fuisse sub Tridentino decreto comprehensos, non intelligeremus quomodo prae oculis illud habere potuisset, dum e contra illud prae oculis habendo limitat extensionem Lateranensis sanctionis et regulae X Indicis. Ergo libros de rebus sacris ideo censurae ecclesiasticae reservat quia eos comprehendi arbitratur sub Tridentina dispositione; alios non reservat quia sub ea comprehendi non putat. Addimus, quod si recensitos libros non putasset comprehendi sub Tridentino Capite, inutiliter de hoc locutus fuisset, cum limitationem apponendo Lateranensi sanctioni et Regulae X quae universales sunt, finem suum optime fuisset assequutus, et apertissime mentem suam manifestasset.